

omnes filios, non simpliciter, sed sub conditione, ut talis institutio coarctari, qualificari, vel etiam adimi valeret, non quidem favore diversarum personarum, quod saperet veram destitutionem, sed inter eosdem filios, hoc namque percutere non videtur substantiam voluntatis, seu dispositionis, sed potius illius executionem, nempe certam, & qualificatam Bonorum distributionem intra genus personarum in institutione comprehensum, quæ distributio absque læsione substantiæ ejusdem dispositionis in Tertium conferri potest, ad Text. in l. Cum filius §. Pater ff. de legat. 2. Molin. de Primogen. par. 1. cap. 27. nu. 6. Carol. Anton. de Luc. de confiden. hæred. cap. 17. nu. 4. Saminat. controv. 119, à nu. 14. & seqq. In utroque enim casu, tum electionis unius ex filiis in hæredem commissæ Uxori, tum prælationis alterius illorum per viam Primogenituræ; vel alio simili modo, quoties fuerit jam scripti hæredes, militat eadem ratio, ut Uxor, cui commissæ sit facultas vel eligendi, vel certo modo distribuendi Bona ad id devenire dicatur ex voluntate Committentis, ne substantialiter disponere, sed tantummodo quoad qualitatem accidentalem sibi commissam, adeo ut non facta electione, vel declaratione locum habeat coequalis institutio omnium filiorum, sive ea expressè adjecta fuerit, sive pariter ubi institutio loqueretur de uno ex filiis ab uxore eligendo, juxta animad-  
4 versa per Ramon. conf. 76. nu. 3. & sequen. ibique Bald. n. 6. & seqq. Carp. de Executor. lib. 2. cap. 17. n. 6. & seqq. Gomez. ad leg. Taur. leg. 81. sub n. 4. vers. Quod possit Pater, Guier. pract. quæst. lib. 2. cap. 42. n. 1. & seqq. Castill. controv. Jur. lib. 2. cap. 6. nu. 63. & seqq. Carol. Anton. de Luc. de hæred. confiden. cap. 175. à nu. 3. & per tot. ob eam profectò rationem, quod Testatori interdictum non sit sibi in hæredem adfiscere personam à Tertio nominandam, transferendo in alienum arbitrium, si non institutionem hæredis, saltem illius electionem, dummodo facultas eligendi non sit indefinita, & generalis, sed restrictivè se habeat ad certum genus personarum, sicque complectatur incertum genus personarum, sicque complectatur incertum genus personarum, sed solam illius executionem in alterius voluntatem conferri, quod à jure nostro non improbat, secundum Textum  
5 in l. Utrum §. Cum quidam ff. de reb. dub. l. Unum & Familia §. Rogo, & l. Cum quidam ff. de legat. 2. Bald. in l. 1. n. 49. Cod. de Sacros. Eccles. Donell. com. jur. civil. lib. 8. super dicta l. Utrum ff. de reb. dub. §. 1. Bero conf. 23. n. 28. & seqq. Peregrin. de fideicom. art. 33. n. 57. Marta de success. legal. part. 4. quæst. 2. art. 4. n. 8. & seqq. Molin. de Primogen. lib. 2. cap. 4. n. 3. & seqq. Torr. de pact. futur. success. lib. 3. n. 66. & sequent. Rot. decif. 87. n. 2. & 3. coram Bich. decif. 1073. n. 4. & 5. coram Emerix jun. decif. 410. n. 6. part. 14. & dec. 386. nu. 9. & seqq. part. 19. recent.

Neque verò voluntas Jacobi conjici potest, vel minimum contraria erectioni Primogenituræ ex quo hæredes pro æquali instituerit, & ad invicem substituerit omnes ejus filios, id quod importet incompatibilitatem successionis unius tantummodo ex illis; Quoniam cum idem Testator post mox relatum institutionem, & substitutionem immediate adjecerit reservationem, & declarationem, qua uxori tributa est facultas, di poter disporre di parte, di tutta la mia Eredità con intestarla, e trasferirla più ad uno che ad un altro di detti miei figlioli, e porvi ancora quelli pesi, cautele, e vincoli, che potesse essa stimare più necessarij, e proficui per la conservazione, e vantaggio della sudetta mia Casa

Offoli, hujusmodique reservatio concepta appareat sub illis initialibus verbis, voglio però, quæ restringunt, & limitant institutionem paulo ante expressam, ad tenorem sequentis conditionis præ se ferentis dependentiam à facto uxoris, Leg. pro hærede §. Quod si tamen ff. de acquir. hæredit. Bald. conf. 195. n. 11. & 12. lib. 2. Ramon. consil. 78. n. 8. Osafo. decif. 228. n. 16. Rot. decif. 403. nu. 12. coram Emerix jun. decif. 131. n. 4. part. 7. & dec. 328. n. 2. par. 14. Recent. Asseri proinde nequit filios absolute fuisse æqualiter institutos, dum illorum institutio per necessè dependebat à futura declaratione matri commissæ, & per consequens declaratione adhuc non expleta Jus eorumdem non erat quàm conditionale, se habens videlicet ad æqualem successionem, quatenus Mater nullatenus declararet, ad successionem verò in totum favore illius, quem mater eligeret, ad Text. in Leg. unum ex familia §. Rogo ff. de legat. 2. ibique, Castren. Leg. credere diem ff. de verb. significat. Spad. conf. 327. sub n. 9. tom. 3. Torr. de Major. part. 2. quæst. 50. n. 49.

Præterea nullo jure contenderetur istiusmodi arbitrium disponendi potius favore unius, quàm aliorum ex filiis, inane reddi, & vitari, vel ex quo importet liberam facultatem instituendi, vel destituendi, vel ratione incertitudinis quotæ, seu Bonorum. Quando enim Testator conditionaliter instituit personis certi alicujus generis alteri committit inter eas eligendi unum qualificatum hæredem, omnes ejusdem generis personæ dicuntur vocatæ certo modo, id est, dependenter à judicio Executoris, prout etiam ad ipsum procedit quando institutio se habet ad plures personas, data tamen facultate Commissario meliorandi unam ex eis per attributionem majoris quotæ bonorum, quocirca in uno, & altero ex his casibus exploratum est considerari non posse absolutam facultatem instituendi, & destituendi, nec etiam ullam incertitudinem, quoad quotam bonorum, nam quoties Executor juxta potestatem à Testatore receptam declarat; jam hæreditas defertur inter illasmet personas ab eodem contemplatas per verificationem conditionis, quam apposuerat; nullo autem per Executorem interposito arbitrio cessat ea conditio, & firma remanet æqualis institutio illarum personarum, quæ sub dicta conditione contemplatæ fuerant, & consequenter dispositio tali modo facultatem tertio impertiens nequaquam irrita evadit, ut apud Peregrin. de fideicom. art. 33. n. 57. Duran. de condit. part. 3. cap. 4. n. 24. Guier. pract. quæst. lib. 4. quæst. 42. n. 1. & seqq. Castill. controv. Jur. lib. 2. cap. 6. n. 63. de Luc. de hæred. confiden. cap. 175. n. 6. & per tot. Rot. decif. 152. nu. 8. post Torr. de pact. futur. success.

Porro auctoritates ex opposito allegatæ intelligendæ erant, vel quoties Testator nulla designata persona hæredis committit arbitrio tertii facultatem illum eligendi ex quocumque genere personarum, sive, ut Nosstrates aiunt, incertum de incertis, nam tunc jure meritoque dispositionem labefactari traditum est, utpotè quod omnimoda hæredis institutio, & substantia testamenti reposita fuerit in arbitrium tertii; juxta Textum in Leg. 9. Illa institutio ff. de hæred. instituen. Surd. conf. 380. nu. 26. Bald. in Leg. execut. 8. Cod. de execut. rei judicat. num. 4. & in Leg. Captatoria Cod. de Testam. milit. n. 2. & 7. Pecch. de testam. conjug. lib. 1. cap. 27. num. 1. & 2. Torr. de pact. futur. success. lib. 3. cap. 6. nu. 61. Rot. decif. 2000. nu. 6. coram Coccin. decif. 368. nu. 3. & decif. 465. nu. 2. part. 18. Recent. vel ubicumque à Testatore institutus quidem fuisset certus hæres, sed effectum hujusce institutionis

institutionis liberè, & absolute idem contulisset in arbitrium, & voluntatem Tertii, ut nempe nisi ei placuerit ille hæres nullum titulum habere posset, & eo pariter casu admittendum est dispositionem corrumpere, tamquam conditionatam in ipsa sui substantia, tamen ut succedere valeret persona ex Judicio Executoris nullum institutionis titulum ex Testamento eliciens, ut ad terminos  
10 Textus in leg. Utrum §. Cum quidam ff. de reb. dub. tractum Castill. controv. lib. 3. cap. 6. sub num. 58. Peregrin. conf. 31. nu. 58. vol. 5. Galganet. de condit. & demonstrat. part. 1. cap. 5. num. 11. Marta de success. legal. parte 1. quæst. 25. artic. 10. num. 4. Palm. Nep. allegat. 369. num. 39. & 41. Rot. decif. 747. per tot. coram Seraphin. Vel demùm si Testator quantumvis nominet Personam hæredis, non explicet tamen quotam hæreditatis, aut bonorum, in qua verificari debeat ejusdem hæredis successio, idque relinquat in liberum Executoris arbitrium, nulla ei imposita necessitate nominandi, in his etenim terminis dispositio ex totali illa incertitudine se habente, si non ad personam hæredis, ad quotam bonorum irrita dici posset, dum liberum esset Executori nullum interponere arbitrium, sicque incertitudinem illam confirmare, ut apud Franc. Palm. consult. 34. num. 7. Vasques de success. lib. 2. §. 17. requisit. 27. num. 79. Cancr. var. resolut. part. 3. cap. 20. num. 91. & 95. Andreol. controv. 105. num. 12. Balducc. ad Ramon. conf. 76. nu. 9. & seqq.

Ex hac igitur congrua casuum distinctione patet, rem in hypothese non agi in ullo ex proximè recensitis, sed potius in eo, quod scilicet Testator instituit certis personis, nempe omnibus ejus filiis concessit uxori facultatem inter illos eligendi quem maluerit, vel etiam inter eosdem unum, aut plures meliorandi, mediante collatione, sive totius hæreditatis, sive etiam partis illius, id quod à lege interdictum nequaquam dignoscitur, cum tunc arbitrium eligendi se habeat ad incertum de certis, nimirum ad unum ex iis, quos Testator peculiariter contemplatus fuit, ita quidem, ut substantia institutionis omnino tribuenda sit ejus voluntati, sola autem distributio, seu melioratio inter institutos commissæ intelligatur uxori, quæ si nullam emisisset declarationem, firma permanisset institutio omnium filiorum prout scripta fuerat in testamento, ut appositè tradit Manoch. conf. 408. nu. 28. Mans. conf. 428. num. 10. & 11. Rot. cor. Mahedan. decif. 6. de testam. erga fin. facta tali declaratione, tunc ex quo Paterna dispositio præ se ferret inter filios fideicommissum conditionale purificandum favore illius, qui fuerit ab uxore nominatus, dicitur is per fideicommissum vocatus ad portionem, quam alius Testator reliquerat in casu non factæ nominationis, ut explicant Castren. in Leg. unum ex familia §. Itaque sub num. 3. in fine, & §. Sed si uno sub num. 7. & §. Rogo num. 1. ff. de legat. 2. Cuman in eadem Leg. unum ex familia in prim. lectur. sub num. 1. Cujac paratit. tom. 4. oper. posth. lib. 31. titul. 1. super d. Leg. unum ex familia column. 1. vers. Deinde Paris. conf. 38. num. 5. tom. 3. Bero. confil. 23. num. 29. tom. 2.

In hanc verò sententiam procliviores fuerunt Domini, eo quod pro comperto habuere Portiam obsequendo voluntati viri, & Primogenituram condendo gessisse actum providum, & rationabilem, ut potè tendentem ad conservanda bona, pro familia splendore in personam unius Primogeniti, non omiffa substitutione, & voca-

tione successiva aliorum fratrum; Immo se conformasse etiam voluntati Joannis Angeli Patris Jacobi, qui non minus ipsamet bonorum unionem pro familiæ decore in votis habuit, in quo pariter consideratur favor Reipublicæ, cujus interest familias conservari, & augeri, ad tradita per Mier. de Major. part. 1. in præfat. num. 42. & quæst. 28. n. 9. Card. de Luc. disc. 10. n. 5. de Testam. & disc. 213. n. 12. de fideicom. Torr. var. quæst. par. 1. tit. 1. quæst. 13. n. 5. Præsertim quia Marchio Antonius Primogenitus sub fide istiusmodi nominationis matrimonium contraxit, ex eoque numerosam prolem suscepit, quapropter re in præsentiarum non amplius integra durius esset eum bonis primogenialibus exspoliare, ut ad rem dixit Rota decif. 744. num. 16. coram Burat. decif. 442. num. 8. coram Merlin. decif. 87. num. 46. & decif. 88. num. 48. in Mantissa ad Cardin. de Luc. lib. 10. de fideicom.

Et ita utraque, &c.

REVERENDISS. P. D. CORIO

ROMANA LUCRI DOTALIS.

Ven. 16. Junii 1724.

ARGUMENTUM.

Restitutionem totius & integræ dotis in capitulis matrimonialibus favore uxoris contentam importat renunciationem lucris dotalis debiti ex dispositione statuti a quipollentem expressæ ab eodem statuto designatæ tam ex parte Viri quàm ipsius Uxoris frustra in circumstantiis de quibus in casu ignorantiam allegantis.

SUMMARIUM.

- 1 Lucrum dotale renunciatum censetur mediante pacto restituendi totam & integram dotem.
- 2 Verba totam & integram dotem intelligenda sine diminutione lucris dotalis.
- 3 Trebellianicæ prohibitionem præ se fert præceptum restituendi totam & integram hæreditatem.
- 4 Verba prædicta æquivalent renunciationi expressæ à statuto requisita.
- 5 Lucris renunciatio per eadem verba inducitur intelligenda est tam respectu Viri, quàm Uxoris ratione correspondentiæ.
- 6 Lucro Mulier renunciare censetur, qua omnilegum & statutorum auxilio renunciat.
- 7 Pacta superflua apposta non sunt censenda.
- 8 Nemo præsumitur gratis renunciare juri suo.
- 9 Intelligentia repugnans amplitudini verborum non admittenda.
- 10 Testis dignior, & verisimiliora dicens aliis est præferendus.
- 11 Error in Muliere quomodo excludatur Lucris mutua renunciatio inter conjuges donationem non sapit ibidem.
- 12 Lucris retentio incompatibilis est cum verbis totalitatem restitutionis dotis præ se ferentibus.
- 13 Uxor erroris specie non debet diversimode ac Viri judicari.

DECISIO VII.

Aversus Hæredes Marchionis Galgani Bichii Viri prædefuncti egit Marchionissa Hieronyma Lancia Coniux superstes pro lucro dotali commensurativè ad dotem sc. 25. mil. in sc. 6250. sibi debito ex censura Statui Urbis lib. 1. cap. 131. sed rejecta per Sententiam A. C. de Gentilibus provocavit ad Rotam absque tamen meliori fato, dum consulti per me hodie de more DD., An constet de credito Marchionissæ pro lucro dotali, Negativè responderunt.

Cum enim ex Capitulis Matrimonialibus expressè conventum comperitur, quod in omni casu restitutionis Dotis, Si habbia da restituire alla sudetta Signora Marchesa Girolama futura Sposa, d' a chi fara di raggione TUTTA INTIERA LA DOTE, per quam sanè conventionem cuicumque lucri deductioni renunciatum ambigi nequit, quia deductio Quarti nequaquam compati valet cum integritate Dotis restituendæ, ut rejecto Decio, & Natta in præcisîs terminis de veriori Sententia latè testantur Rolan. de lucr. dot. quæst. 38. n. 3. & 9. Tiraquell. in leg. si unquam verb. totum n. 1. de revoc. donat. Thefsur. jun. quæst. forens. lib. 2. cap. 91. n. 3. & per tot. Gratian. discept. forens. 274. n. 12. & 13. & discept. 609. n. 7. ibique Card. Ant. de Luc. n. 4. & 5. Merlin. Pignat. contr. cent. 1. cap. 29. n. 25. Gallerat. de renunc. cap. 97. n. 7. ubi quod illa verba totam, integram dotem exponuntur, hoc est, sine diminutione etiam lucri, Doned. eod. tract. cap. 17. n. 18. & 21. vol. 1. Gallus de fructibus disp. 22. art. 2. n. 66. & seqq. Conciol. ad Stat. Eugub. lib. 2. cap. 46. n. 30. Fenson. ad Stat. Urb. cap. 131. n. 64. Constant. ad idem Statut. annot. 33. art. 2. n. 203. Rota post eundem dec. 92. n. 8. & post Gilian. ad Statut. Perus. dec. 71. n. 2. & cor. Dunoz. jun. dec. 992. n. 12. & in rec. dec. 74. n. 1. & 2. p. 4. to. 2. Exemplo, ut habetur, dispositionis defuncti mandantis totam, & integram hæreditatem restitui, per quam quælibet deductio Trebellianicæ, vel Falcidicæ præpeditur ex notatis per Pe-regrin. de fideic. art. 3. n. 9. Crass. commun. Sent. in §. Trebellianica q. 8. n. 5. Mantica de conjecl. ult. vol. lib. 7. tit. 12. n. 15. Menoch. lib. 4. præsumpt. 198. n. 14. Mangil. de imput. q. 115. n. 5. Molin. de primog. lib. 1. cap. 17. n. 19. Rot. dec. 578. n. 12. p. 18. rec.

Exinde profectò promanat Marchionissam Actricem intentionem suam neutiquam fundare posse in dispositione Statuti Urbis cap. 131. quod etsi lucrum deferat, illud tamen determinat, nisi expresse de Partium Contrahentium voluntate fuerit remissum, aut aliter conventum, prout sanè verificatur in præfenti ob prædictam conventionem de tota dote restituenda, quæ æquipollenter importat expressam remissionem, cum in jure expressum dicatur id etiam, quod ex univocis conjecturis, & præsumptionibus resistat, ut in puncto Statuti Urbis tradunt Fenson. ad cap. 131. n. 51. Constant. annot. 33. n. 160. Rot. cor. Mantica. dec. 36. per tot. & in subjecta materia sustinent Ruin. conf. 62. sub n. 8. lib. 1. & conf. 56. sub n. 1. lib. 5. Tiraquell. in l. si unquam verb. totum n. 1. Cod. de revoc. donat. Roland. de lucr. dot. q. 38. n. 14. Molin. de riuu nupt. lib. 3. q. 36. à n. 79. & seqq.

In nihilo officiente, quod præfata conventio de restituendo totam dotem importet remissionem lucri ex parte Viri, nihil autem inducat quoad Uxorem. Obiecto enim dupliciter respondetur. Primò, quod dum agitur de Statuto reciproco, Viro scilicet ac Uxori lucrum deferente, pactum remissivum afficiens unum ex Coniugibus, afficit quoque alterum Juris ministerio, juxta quod pacta nuptialia ratione vitandi inæqualitatem conjugalis foederis legibus inimicam censentur correceptiva ob omni-

modam correlationem inter Coniuges vigentem, quæ non finit unum in lucrum, & alterum in damno versari posse, ut in specie firmat Fenson. ad Stat. Urb. d. cap. 131. n. 31. & seq. Card. de Luc. de donat. disc. 50. n. 4. & 6. & sub n. 17. & 18. Rota in Romana quartæ dotalis 16. Junii 1698. §. Ea autem, & seq. cor. cl. me. Card. Caprara confirmat. 14. Decembris 1699. §. Ita etiam, & §. Planè cum seqq. cor. cl. mem. Card. de la Tremoille impress. apud Balduc. re jud. tit. 4. dec. 25. Secunda autem responsio est, quod in casu nec deficere videtur ipsius Uxoris renunciatio, quæ sufficienter elicitur ex eo, quod ipsa subscribendo Capitula Matrimonialia se plenissimè informatam asseruerit de omnibus, & singulis pactis ibidem contentis, deindeque deveniens ad stipulationem instrumenti dotalis medio juramento renunciaverit, omni Juris, Legum, & Statutorum auxilio, per quam renunciationem correspondentem etiam pacto de restituendo totam dotem, optimè infertur remissio lucri ex Statuto delati, ut in puncto firmat Jason conf. 90. n. 7. & 8. lib. 3. Thefsur. quæst. forens. lib. 2. qu. 91. n. 4. & seq. Carpan. ad Stat. Mediolan. cap. 298. n. 185. lib. 1. Rolan. de lucr. dot. q. 42. n. 1. & 8. Gratian. discept. 609. n. 17. & seq. Rot. post Gilian. ad Stat. Perus. dec. 71. n. 4. & in rec. dec. 174. n. 3. p. 4. to. 2.

Neque ideò magis proficue contendebatur huc usque firmata everri posse sub animadversione, quod pactum prædictum respectu saltem Mulieris non fuerit scienter appositum, & sub præfata cogitatione directa ad lucrum, sed potius per errorem, qualis semper præsumi debet pro declinando actu importante donationem, imò reverà ad alium finem positum fuisse, puta ad effectum cohibendi Virum, ne detrudere contenderet vel gabellam dotalem in Hetruria solvendam, vel creditum cambii sc. 6000. quæ idem Marchioni Lancia dotanti subministraverat pro extinguendis antiquis censibus impositis super Feudo Fabri in dotem proportionabiliter assignato, ut præcisè deposuisse videtur unus Testis nempe Crispinus.

Præmissis namque, quod inverisimiliter, & insubstenter obideretur efficacia pacti referri debere ad præpediendam Viro retentionem ex capite gabellæ dotalis, aut crediti cambialis, tum quia ex præscripto Statuti Senarum, æque ac particulari Contrahentium conventionem solvi debebat à Viro, ideoque si ex ea nulla competeat exceptio contra Uxorem, superfluum nimis mansisset pactum de restituendo integram dotem tanto verborum apparatu explicatum, quod nefas esset asserere, ut moment Bald. in rubr. Cod. de contrah. empt. q. 9. n. 9. Rot. dec. 85. n. 9. p. 19. n. 10. cor. bo. mem. Ansaldo; Et respectu cambii inverisimile satis fore Marchionem Bichium tam facile, & sine ulla respectivitate præjudicium parare voluisse, ne remediis sibi uti Creditori, qui sollicitus extiterat reportandi anteriorum Jurium cessionem, competentibus uteretur, & per subobscurum intellectum hypothecæ, seu retentionis Jus remittere ex notatis per Rot. dec. 11. n. 8. & 9. p. 17. rec. dec. 38. n. 3. ad ornat. Card. de Luc. l. 5. & in Perusina fideic. q. Decbr. 1715. §. Id etiam cor. Eminent. Althan. Tum quia ass. interpretatio repugnantiam adhuc involveret, quia si lucrum dotalè retineri voluisset, non per hoc, quod vir feudum dotalè retinere nolisset pro suis creditis, verificaretur, quod totam, & integram dotem restitueret, quinimò semper diminutà reddidisset, propter quod eo minus attendi debet, dum amplissimam verborum significatione non implet L. utrum in princ. ff. de petit. hæred. Rot. dec. 541. n. 14. par. 4. to. 3. & dec. 135. nu. 6. part. 10. rec. unde poni ad partes debuit ass. attestatio Crispini unici Testis, plures in dicto, & persona exceptiones patientis ratione additionis domui

domui Lancia, quæque conquassatur ab altera depositione Reverendissimi Episcopi Angeletti præcisè asserentis pactum prædictum de restituenda tota dote fuisse appositum pro effectu remittendi lucrum dotalè, quæ in omnem casum præferenda potius foret tamquam procedens sive à constituto in eminenti dignitate, sive à vocato in contestem ab eodem Crispino, sive demum ab instructo ex necessitate Officii, magisque verisimilia, & consentanea ad Juris determinationem deponente ex promiscuè animadversis per Felin. in cap. nostra n. 3. de Testibus Decian. conf. 448. n. 11. Calderon. resol. 42. n. 39. & 50. Tor. de pact. futur. success. lib. 3. cap. 13. num. 218. Palm. decif. 289. num. 19. Rot. decif. 1131. num. 4. cor. Seraph. decif. 714. num. 17. cor. Merlin. & in rec. decif. 289. nu. 10. & dec. 478. num. 11. p. 17.

Facile colligi poterat extraneos quoque manere terminos erroris, quem nec præsumere facit titulus donationis haud verificabilis in lucro non uni tantum Coniugi, sed reciproco à Statuto delato, quod ab incerto eventu præmorientiæ dependens æquè ad damnum, ac utriusque se habere poterat, & proinde donationem non sapit, ut in specie ponderant Rub. de valid. leg. cap. 61. n. 113. & seq. Constant. ad Stat. Urb. annot. 33. n. 11. Rot. cor. Mantica. dec. 21. nu. 7. & dec. 36. nu. 5. & in rec. decif. 225. nu. 10. p. 15. nec aliunde argui valet, dum res est de Statuto Urbis cuique noto, & de æquè facile percipi importantia verborum totalitatem restituendæ dotis exprimentium, quæ incompatibilis est cum retentione partis argum. Text. in l. in toto 113. ff. de regul. Jur. Rot. dec. 528. num. 7. cor. Pamphil. junctis certioratione, quam de omnibus pactis Marchionissa habuisse professæ est, & renunciatione omni Legum, & Statutorum auxilio; Et demum inspecto, quod si Vir in casu præmorientiæ Uxoris certo certius ratione d. pacti lucrari non valuisset quantum, hæc ipsamet indubitata, & inclinabilis renunciatio respectu Viri communis evasit quoad Uxorem, quæ prætextu affectati erroris non debet ad imparia judicari, ut præter supra congestis in §. In nihilo officiente firmat Mantica. de tacit. lib. 20. tit. 5. num. 1. & seqq. Et ita utraque &c.

REVERENDISS. P. D. FOSCARO ROMANA CENSUS.

Veneris 19. Aprilis 1720.

ARGUMENTUM.

Filii naturales succedunt in fideicommissis ordinatis per verba naturalia in defectum legitimorum; immò & adulterini in fideicommissis transversalium, maximè interveniente legitimatione, quæ bona fide obtenta retrotrahitur in præjudicium creditorum, non obstante clausula sine præjudicio juris tertio quæsitæ uti referibili ad habentes jus in successione, non verò ad Creditores.

SUMMARIUM.

1 Restitutio in integrum per sententiæ justitiæ excluditur. Decisiones noviss. ad Castellum de Alimentis.

- 2 Cautela Angeli servanda est favore successoris in fideicommissis.
- 3 Filiatio rigorosè probanda cum agitur de successione in fideicommissis.
- 4 Filiatio ex adulterino coitu procedens impedit successionem in fideicommissis.
- 5 Maximè si hoc fuerit ordinatum pro Cippo domus quæ sunt verba civilia :: Contra n. 11.
- 6 Verba civilia in fideicommissis includunt solos legitimos.
- 7 Et excludunt naturales.
- 8 Præcipue natos ex damnato coitu.
- 9 Filiatio in alia decisione approbata est supponenda.
- 10 Filiationem ab authore admissam frustra successor impugnat.
- 12 Verba :: Descendentes per lineam masculinam dicuntur naturalia.
- 13 Eadem verba quomodo declarent præcedentia civilia.
- 14 Et quomodo illa extendant descendentiam universam.
- 15 Verba naturalia non requirunt nisi naturalem sanguinis propagationem & num. 25.
- 16 Naturales æquè ac legitimi hac sanguinis propagatione potiuntur.
- 17 Et in eadem vocatione includuntur.
- 18 Legitimi tamen naturalibus præferuntur qui per posterius succedunt.
- 19 Filiatio ex matre adulterina conclusè probanda.
- 20 Filiationis expressio alternativè à patre facta non includit certum generationis modum.
- 21 Immò illum reddit incertum.
- 22 Filiatio adulterina excluditur confessione auctoris qui naturalem nominavit.
- 23 Filiationi adulterinæ restitit juris præsumptio.
- 24 Spurii & adulterini sunt capaces successiones in fideicommissis extraneorum & Collateralium, secus in illis Ascendentium.
- 26 Naturales propter legitimos arcentur à successione fideicommissi, non verò ad istius extinctionem inducendam.
- 27 Maximè si familiæ splendorem conservant.
- 28 Legitimitas amplissima omnem damnatæ procreationis maculam eluit.
- 29 Et tribuit capacitatem succedendi.
- 30 Legitimitas bona fide obtenta suffragatur ad omnes effectus. Amplia etiam in præjudicium Creditorum legitimantis ibidem.
- 31 Clausula :: sine præjudicio juris tertio quæsitæ :: censetur in legitimatione adjecta ad præferenda tantum jura successions.

DECISIO VIII.

FRatres de Alibrandis Creditores cujusdam Censu in sorte seuorum mille anno 1654. impositi à quondam Octavio de Pierleonibus, cujus occasione immisionem expostularunt in vim utilis Salviani interdicti ad possessionem Domus positæ in Platea Sancti Salvatoris in Lauro, olim per eundem Octavium possessæ, ad removendum obstaculum cautelæ Angeli per Antonium Pierleonum de Magistris modernum Possessorem oppositæ vigore fideicommissi conventionalis anno 1547. super dicta Domo conditi, & per clar. mem. Cardinalem Capraram olim A. C. Locum tenentem in sententia definitiva contra alios legitimos Contradictores canonizati favore Petri ultimi de familia, obtenta à Signatura Justitiæ Commissione in gradu restitutionis in integrum, disputari obtinuerunt in hodierna Audientia Dubium :: An constaret de causis restitutionis in integrum, ita ut cautela Angeli esset moderanda :: sed comperta in sedula rationum disputatione